



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Qvando Et qualiter Synodum diœcesanam congregare
teneatur? Allegatio XCIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

6. diſput. 17. numero octauo. In alijs vero caſibus ſupra relatis, in quibus Episcopos etiam ex poteſtate ordinaria poſſunt procedere, ſuccedit Capitulum Sede vacante, vt aduertit Nicol. Garcia vbi proxime.

S V M M A R I V M.

- 1 Synodus eſt triplex, generalis, ſcilicet, provincialis, & diaceſana.
- 2 Synodus ſemel in anno in ſua diaceſi quilibet Episcopos conuocare poteſt, vel ſapius, vbi neceſſitas poſtulat.
- 3 Synodus per alium poteſt Episcopos inſto aliquo impedimento detentis congregare.
- 4 Vicarius generalis Episcopos Synodum diaceſanam congregare poteſt ſpecialim Episcopo id ei mandante.
- 5 Sacerdotes omnes, qui animarum curam habent, tenentur ad diaceſanam Synodum venire.
- 6 Rectores parochialium nullius diaceſis tenentur accedere ad Synodum vicinorem.
- 7 Monachi, & Prælati mendicantes, quorum Eccleſiæ cura animarum non eſt annexa, venire non tenentur ad Synodum diaceſanam.
- 8 Exempti omnes, qui alijs ceſſante exemptione Synodo intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus ſubdantur, ad eam accedere tenentur.
- 9 Abbates exempti, qui intereſſe debent Synodo, quo amittunt, & ornamentis vti debeant, remiſſiue.
- 10 Libertas non veniendi ad Synodum an præſcribi poſſit remiſſiue.
- 11 Capitulum Eccleſiæ Cathedralis de neceſſitate debet inuitari ad Synodum, cuius pars tantum debet venire, alia vero remanere in ſeruitio Eccleſiæ.
- 12 Capitula Collegiarum quaſi Episcopalem iuriſdictionem habentia ad Synodum ſunt vocanda.
- 13 Synodus diaceſana intimanda eſt in tempus, quo ieiunijs, & deuotionibus, ſeu celebrationi præcipuarum ſolemnitatum non vacatur, neque graui hyeme, & temporibus ad itinerandum periculofis.
- 14 Electio conſultorum Theologorum, & in vtroque iure Doctorem, promotoris, & notarij ſine ſecretarij Synodi imprimis eſt faciendæ.
- 15 Notarius Synodi omnium Synodo intereſſe obligatorum nomina legit.
- 16 Præſentia in ſedendo in Synodo diaceſana nullum præiudicium in futurum ſedentibus operatur.
- 17 Profeſſio Fidei, & decreta Concilij Tridentini de reſidentia intelligibili voce leguntur in Synodo diaceſana.
- 18 Examinatores ad minus ſex eliguntur in Synodo diaceſana, tam per nota ſecreta, quam aperta, qui promouendos ad beneficia curata examinent.
- 19 Aſſignantur in Synodo diaceſana perſone aptæ, ad minus quatuor, quibus cauſa in partibus delegandæ committantur, quorum ſi aliquis deceſſerit, Episcopos de conſenſu Capituli in locum ipſius, alium ſubſtituere poteſt uſque ad futuram Synodum.
- 20 Conſeruatores iudices pro quibuſcumque Commentibus in Synodo diaceſana nominandi.
- 21 Miſſarum celebrandarum, vbi tam magnus nu-

merus defunctorum diſpoſitionibus impoſitus fuerit promittitur in Synodo diaceſana.

22 Seminarij reddituum rationes in Synodo diaceſana audiendæ.

23 Statuta, ſeu ordinationes aliquas licitum eſt Episcopo in diaceſana Synodo condere.

24 Ordinationes factæ in diaceſana Synodo ſunt perpetuæ.

25 Statuere quando poſſit Episcopos cum conſenſu Capituli, vel ſine illo, oſtenditur.

26 Conſtitutiones Synodales ante publicationem ad urbem mittere non obligatur Episcopos.

27 Episcopos, qui in ſuis conſtitutionibus, vel per editum publicant excommunicationem latæ ſententiæ ipſo iure incurrendam contra clericos omnes, tam ludentes, quam ludum ſpectantes, an incidat in eam ipſemet, & qui cum eo aliqua die recreationis cauſa luſerit, oſtenditur.

28 Episcopos, qui commiſſi contra præceptum in diaceſi alterius Episcopos ſub pena excommunicationis, non incidit in illam.

29 Statuta, quæ condit Episcopos non debent contrariæ Sacris Canonibus.

30 Ratio oſtenditur quare Prælati inferiores Summo Pontifici poſſint inducere conſuetudinem contra ius Canonicum, & non poſſint contra illud ſtatueri.

31 Episcopos quibus cauſibus poſſit ſtatueri contra Canones, & Conſtitutiones Summorum Pontificum oſtenditur.

EPISCOPVS QVANDO ET
qualiter Synodum diaceſanam
congregare teneatur?

ALLEGATIO XCIII.

1 **T**riplex eſt Synodus generalis, ſcilicet, Provincialis, & Diaceſana. Generalis illa eſt, quæ à Summo Pont. eiufue auctoritate tantum indicitur, conuocaturque ex omnibus Catholicæ religionis Episcopis gloſ. in capit. 1. 17. diſt. Azgri. inſtit. moral. p. 2. libro tertio capit. quadrageſim. ſeptim. quaſtio. 1. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſt. p. 1. capit. 9. numero 1. Rgolin. de poteſtate Episcopos capit. quadrageſim. octau. numero tertio, de qua late tractantur Iacobus, de concil. tom. decim. tertio tractuum Doctorem, & Cardin. Bellarm. in 4. controu. gen. tom. 1. libro primo capite quarto. Provincialis eſt quæ ab Archiepiscopo fit, in quam conueniunt Episcopos ſuæ provinciæ Azgri. Franciſc. Leo & Rgolin. dictis locis, ſeacc. de appellat. quaſt. 8. numero 100. verſ. Concilium, de quibus nihil in præſenti loco. Diaceſana eſt, quæ congregatur auctoritate Episcopos in ſua diaceſi ex Abbatibus, & Clericis ſibi ſubicctis, cap. quando. 38. diſt. cap. Abbates 18. q. 2. de qua, & ſtatutis Episcopos Synodalibus copioſe ſcripſit Henricus Bottaus, & de ea impræſentiarum à nobis agendum eſt.

2 Ad occurrendum igitur Eccleſiarum incommodis in dies naſcētibus, & ad mores Cleri reſormandos, cōtrouerſias componēdas ſalubriter ordinantur Sacri Canones, vt quilibet Episcopos in ſua

diocesi semel in anno Synodum conuocet capite quoniam, 18. dist. Concil. Tridentin. sessione 24. de reform. capit. 2.

3 Vbi vero necessitas postulare facius in anno celebrari posse per capit. de concilijs 18. dist. tenuit Prolin. ubi proxime, si ipse Episcopus iusto aliquo impedimento detineatur, congregare Synodum per alium poterit, id quod Concil. Trident. innuit d. capit. 2. dum inquit synodi diocesanae quotannis celebrentur, indeterminate enim loquitur, & non speciatim mandat Episcopis, ut ipsi met Synodum congregent, ergo per alios possunt, ita Praxis noua Episcop. d. capit. 2. numero primo & refert sic Sacram Congreg. censuisse Prolin. loco citato. Ideo vicarius generalis Episcopi Synodum diocesanae congregare poterit, speciatim Episcopo id ei mandantes ut resoluatur supra Allegat. 54. numer. 103.

5 Tenentur autem ad diocesanae Synodum de iure venire omnes Sacerdotes, qui animarum curam habeant, capite quod super his, iuncta gloss. de maior. & obed. Concil. Trid. d. capit. 2. ibi, ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ij, qui illarum curam gerunt, quicunque illi sint, Synodo interesse, Francisc. Leo d. capit. 9. numero decimo tertio Praxis noua Episcop. d. capit. 2. numero 2. Prolin. d. capit. 48. §. 1. numer. 1.

6 Vbi etiam tenet locum habere non solum vbi seculares clerici sunt, verum etiam vbi monachi, vel Regulares; & quod Rectores Parochialium nullius diocesis teneantur accedere ad Synodum viciniore dicit per sacra Congreg. decum Francisc. Leo loco proxime citato.

7 Et tenent Sayr. in floribus decis. sub tit. de officio Ord. decis. quem citat Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1133. Praxis noua Ep. d. c. 2. numero 2. versic. & non solum, Prolin. d. §. 1. ver. alij autem monachi, & Praelati Mendicantes, quorum Ecclesijs cura animarum non est annexa, venire non tenentur, Felin. in c. quod super de maior. & obed. n. 1. Praxis noua Episc. d. c. 2. n. 2.

8 Exempti omnes, qui alijs cessante exemptione, synodo interesse debent, nec Capitulis generalibus subduntur, ad eam accedere tenentur, ut habetur in Concil. Trid. d. c. 2. Prolin. d. §. 2. numero 1. Cochi. de iurisdic. Ordinarij in exemptos part. 4. quaestio. 19.

9 Et Abbates exempti, qui interesse debent synodo, quo amictio & ornamentis uti debeant, vide spec. de priuileg. p. 4. n. 6. Boer. de auctorit. magni Concilij p. 1. n. 13.

10 Et vtrum praescribi possit libertas non veniendi ad Synodum, vide Henric. Boer. p. 2. num. 40. cum seq.

11 Capitulum Ecclesiae Cathedralis de necessitate debet inuitari cap. ult. de his, quae sunt à Prael. vbi Abb. n. 4. & potest comparere per nuntios, seu aliquos deputatos ex gremio Capituli, non autem omnes ex Capitulo venire debent, sed pars in seruitio Ecclesiae manere, ut declarauit sacra Congreg. Episcopi Vicario Verellen. 10. Aprilis 1594. prout refert Praxis noua Episcop. d. capit. 2. numero 2. versicul. seculares.

12 Vbi etiam decum refert Capitula Collegiatarum, quasi Episcopalem iurisdictionem habentia, ad Synodum esse vocanda.

13 Postquam praedicti omnes moniti fuerint, qui

Synodo interesse tenentur, vnica tantum monitione, ut dicit gloss. in cap. si Episcopus, 18. dist. circumlato processu intimatorio synodi, & loci, ac temporis ipsius celebrandae, cap. propter 18. dist. cap. ult. de his quae sunt à praelatis, dummodo non intimetur in tempus, quo ieiunij, & deuotionibus, seu celebrationis praecipuarum solemnitarum est vacandum, neque graui hyeme, & temporibus ad itinerandum periculosis. Die praefixa ad celebrationem Synodi adueniente è domo sua clero comitante campanis, & organis sonantibus in Ecclesiam descendit Episcopus, ibique de spiritu Sancto Missa peracta, & orationibus, ut in Pontificali ordinantur, recitatis, ad vigilandum circa cultum diuinum, Synodumque cum fructu & utilitate celebrandum clerum exhortatur: & sequentia suo ordine in ipsa Synodo sunt exequenda.

14 Primo fieri debet electio consultorum Theologorum, & in vtroque iure Doctorum, Promotoris, & notarij, siue secretarij ipsius Synodi, qui notarius omnium Synodo interesse obligatorum nomina legit, qui singuli vocati respondentes, adsum, accedere debent ad osculum manus Episcopi in signum obedientiae, quam ipsi reddere tenentur d. c. quod super, de maior. & obedient.

15 Et contra abentes, nec legitimas excusationes adducere curantes, veluti contumaces procedi debet, ut debita poena mulcentur.

16 Quo peracto debet fieri, & promulgari decretum, quod si contigerit quem in sedendo, loco sibi debito non fuisse, seu vocatum fuisse, aliudve egisse, quod nullum circa praecedentiam patitur praedictum; & apponenda est poena, ne quis nisi tota Synodalis sessionis actione completa, ac benedictione obtenta discedere praesumat: & ad hoc solent eligi punitores, aliaque agi, quae Episcopo expedire videbuntur. Item & idoneos viros deligere, ac eos iureiurando sibi obligare, ut ad ipsum, vel alium à se missum referant quicquid in locis suae ditionis fieri cognouerint contra ecclesiasticos Canones, & iura, si delictum ad forum ecclesiasticum attineat, capite Episcopus in Synodo, 35. quaestio. 6. Azori. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 32. q. 2.

17 Postea alta, & intelligibili voce legi debet professio Fidei, iuxta formam praescriptam in Bulla Pij 17. incip. Inimicatum. Deinde leguntur decreta Concilij Tridentini. de residentia, quae habentur cap. 1. sessione 6. de reformat. cap. 1. idque fit, ut magis memoriae commendentur ad animarum salutem.

18 Eliguntur subsequenter ad minus sex examinatores, qui promouendos ad beneficia curata examinent, siue officij rationem in Synodo de praeterito reddant, & ibidem puniantur, si deprehendantur deliquisse circa huiusmodi officia Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 18. Haec autem approbatio tam per vota secreta, quam aperta fieri potest ab ipsa Synodo, ut respondit sacra Congregatio Patriarcha Veneriarum die 1. Iulij 1592. ut refert Steph. Quaranta in summa Bullarj, verbo Synodus diocesana, Praxis noua Episc. d. c. 2. n. 4. Prolin. d. c. 48. §. 3. numer. 3.

19 Assignantur & personae ad id aptae ad minus quatuor, quib. causae in partibus delegandae committantur, quorum si aliquis decesserit Episcopus de consilio Capituli in locum ipsius alium substit.

Bb iij

tuere poteſt uſque ad futuram Synodum Concilij
Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 10.

20 Alij etiam nominantur, vt in iudices conſer-
uatores pro quibuſcunque Conuentibus, Capi-
tulis, &c. eligi valeant iuxta conſtitut. *ſanctiſſimi*
Domini noſtri Gregorij XV. incip. ſanctiſſimus. ſub diem
20. menſis Septembris ann. 1621. vbi ſic habetur. In
futurum vero Sanctitas Sua hac generali, & per-
petuo valitura conſtitutione ſtatuit, & decreuit,
vt Iudices Conſeruatores huiusmodi, ſiue princi-
pales, ſiue ſubrogati, eligi, nominari, aut depu-
tari non poſſint, niſi non ſolum habeant qualita-
tes requiſitas, & deſcriptas in conſtitutione ſimi-
lis recordationis Bonifacij Papæ VIII. etiam pre-
deceſſoris ſui, quæ incip. ſtatutum, itaut vel digni-
tate eccleſiaſtica præditi, vel perſonatum obti-
nentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici
exiſtât, ſed etiam in Concilijs prouincialibus, aut
diœceſanis iuxta decretum Concilij prædicti, iu-
dices electi, ſeu designati ſint.

21 Prouidere etiam debent pro ſua conſcientia
ijs Eccleſiis, in quibus vel tam magnus celebra-
ndarum Miſſarum numerus defunctorum diſpoſi-
tionibus impoſitus fuerit, vt illi oneri ſingulis die-
bus ſatiſheri nequeat, Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c.
4. de quo late *Alleg.*

22 Rationes reddituum ſeminarij in Synodo au-
diendæ ſunt per quatuor deputatos, quorum duo
ex Capitulo, vnus electus à Capitulo, alter ab E-
piſcopo, duo alteri ex Clero, ſimiliter vnus electus
ab ipſo clero, alter ab Epiſcopo eſſe debet. Deſe-
ctus etiam ſeminarij corrigendi ſunt: vbi vero
erectum non fuerit, vel non ſit ſufficienter proui-
ſum, elaborandum eſt Epiſcopo quomodo eriga-
tur, vel dotetur; alioquin à Synodo prouinciali
iuris remedij ad hoc compelli poſſet Concil. Trid.
ſeſſ. 23. de reform. c. 18.

23 Ad retinendum in diſciplina Clerum, vel
abusuſ tollendos licitum eſt Epiſcopo in ſua diœ-
ceſana Synodo condere ſtatuta, ſeu ordinationes
aliquas, prout ei viſum fuerit expedire cap. 1. iun-
cta gloſ. verbo generaliter, de conſec. diſt. 3. c. 2. de maiorit.
& obed. c. vt animarum de conſtit. in 6. Duob. reg. 345.
Azori. d. c. 47. q. ult.

24 Et huiusmodi edicta, ſeu ordinationes factæ
in Synodo diœceſana ſunt perpetuæ, & non ex-
pirant morte conditoris, gloſ. verbo ſtatuto in d.
capit. vt animarum, praxiſ Epiſcop. p. 1. verbo edicta,
§. 3.

25 Quæ quidem ſtatuta Epiſcopus cum conſilio
Capituli ſui facere tenetur, capit. Epiſcopus 24.
diſt. nam ſuper ſtatu Eccleſiæ non poteſt Epiſ-
copus ſine Capitulo aliquid ſtatueri, capit. quan-
to, de hiſ que ſunt à Præl. ſine conſenſu Capituli, Ioan.
And. in capit. vnic. numero 1. de cleric. non reſid. in 6.
vbi Franck. §. ſtatutus, numero 2. Gemin. numero quar-
to. Felin. in cap. cum omnes, numero nono de conſtitut.
vbi Deci. numer. 7. in 2. diſp. Abb. in c. ad audientiam,
de cleric. non reſident.

Hoc ipſum limitantes in caſu, quo Epiſco-
pus tollere veller conſuetudinem ſuper non reſi-
dentia Canonicoꝝ, nam ſi Eccleſia valde indi-
geret miniſtris, poſſet ſolus Epiſcopus per ſtatu-
tum tollere huiusmodi conſuetudinem: non te-
nebitur tamen ipſe Epiſcopus, vbi ſine Capitulo
aliquid ſtatueri non poteſt, eiſ conſilium ſequi
vt reſcripſit ſacra Congregatio Patriarchæ Venetiarum
die 27. Aprilis 1592.

26 Et reſert praxiſ noua Epiſcop. diſt. capit. 2. numero
8. Nec item obligatur ante Synodi publicationē
ad Vrbem ea mittere, vt Prouincialia, ſic enim
eadem ſacra Congregatio reſcripſit Epiſcopo Oſtien-
ſi, teſte Quaranta diſto verbo Synodus diœceſana, in
fine.

27 Sed nunquid Epiſcopus ſuis conſtitutioni-
bus teneatur, in eiſque diſpenſare valeat tractati
ſupra Allegat. 34. Hic tamen aduertendum du-
xi difficilem eſſe quæſtionem illam an Prælatus,
qui in ſuis conſtitutionibus, vel per edictum pu-
blicauit in tota ſua diœceſi, excommunicationem
latæ ſententiæ ipſo iure incurrendam contra cle-
ricos omnes, tam ludentes, quàm ludum ſpectan-
tes, incidat in eam ipſemet, & qui cum eo aliqua
die recreationis gratia luſerit? in qua tenet vna
ſententia ipſum Epiſcopum non eſſe excommu-
nicatum, quia ſermo generalis non comprehen-
dit perſonam loquentis, *Linguiſto. C. de ſolutionibus,*
c. petitiõ, vbi bona gloſ. de iureiuram. Guid. Papa ſingul.
479. ludentes tamen cum ipſo remanere vinculo
excommunicationis obſtrictos, vt reſoluit Ioan.
Ancharan. in repet. cap. canonum ſtatuta, numero 183. de
conſtitut. vbi olendit non eſſe abſurdum, quod in
actu inſeparabili vnus peccet, alter minime; vnus
puniatur, alter non ex cap. propoſito, 32. quæſtione 5.
ſequitur Mari. Alter de cenſuris tom. 1. diſput. 10. de
cauſa excommunicationis lib. 3. capit. 5. littera E. Sed ſalua
eius pace mihi hoc vltimum non placet, quia E-
piſcopus auctor edicti ludendo cum eo cenſetur
diſpenſaſſe, vt communiter notant Doctores in cap.
aſi clerici §. 1. de iudic. tum quia exemptio vni con-
ceſſa extenditur ad focium, cap. licet, de priuileg. in
6. tum quia quando quis eximitur ab interdicto
intelligitur exemptus cum ſocio cap. quod in te, de
peniten. & remiſſion. tum denique quia actus lu-
dendi eſt indiuiduus, quoniam non poteſt exer-
ceri, niſi cum alio, ſed in indiuiduis victoria
vnus prodeſt alteri l. 2. c. 3. C. ſi vnus ex pluri-
bus.

28 Ideo merito hanc ſententiam amplectitur
Aloſy Ricci. in praxi auctore reſolut. 162. qui reſolut. 211.
tenet Epiſcopuſ, qui commiſit contra præceptum
in diœceſi alterius Epiſcopi ſub pœna excommu-
nicationis, non incidere in illam.

29 Statuta tamen, quæ condit Epiſcopus non
debent contrarie ſacris Canonibus, cap. inſtitutio-
nis, 25. q. 2. Clemen. ne Romani, de electio. cum ſimilibus,
Abb. in cap. fin. de conſuetud. num. 7. c. 8. & ibi Rech.
de Curte ſeſt. 3. numero 7. 9. & 11. Henric. Bott. de Synodo
Epiſcopi par. 3. art. 1. concluſ. 8. à numer. 36. Alber. de Re-
ſar. in tract. de ſtatutis, par. 1. quæſtione 7. verſic. ſed quid
ſi ſtatutum: praxiſ noua Epiſcop. diſt. capit. ſecundo nu-
mer. 7.

30 Quorum aliqui elaborant in reddenda ratio-
ne quare Prælati inferiores Summo Pontifice
poſſint inducere conſuetudinem contra ius Ca-
nonicum, ſeu contra Canones iuxta d. capit. fin.
& non poſſint contra eos ſtatueri, ex alijs illa
optima eſt, quam indicant *Abb. in d. cap. fin. numero*
8. in fine, & Felin. in d. capit. quod ſuper hiſ, numero 3.
quod conſuetudo contra Canones non tam allu-
mit vires ex tacito conſenſu virorum eccleſiaſti-
corum, eorumue poteſtate, quam ex auctoritate
Summi Pontificis permittentis, & concedentis
induci conſuetudinem contra Canones in diſto
capit. fin. cum tamen id non præmiſerit in ſtatutis,
immo expreſſe prohibuerit *Clemen. ne Romani, &*

alijs iuribus supra allegatis. Sicut Episcopus contra ius statuere non potest, ita etiam nec contra consuetudinem rationabilem, & legitime praescriptam, ex eo quia consuetudo parem vim habet cum lege l. de quibus, ff. de legibus §. ex non scripto, instit. de iure natur. capite consuetudo, dist. 1. Guid. sing. Bernard. Graue. ad pract. Cameræ Imperial. lib. 1. conclus. 36. & venit appellatione iuris Menoch. frequent. cap. 3. numero 2. tum quia si Episcopus potest statuere contra ius conformando se cum consuetudine contra illud inducta, ut resoluunt citati num. seq. versicul. quinto, ergo nullo modo poterit statuendo conformare se cum iure, contra quod inducta est consuetudo illud abrogans, contraria enim simul esse non possunt, l. mutuis, ff. pro socio, l. 1. de furtis, quia tunc ad positionem vnius, sequitur remotio alterius, l. si inter, ff. de except. rei indic. surd. de cessione vigesim. quart. numero decimo, & cons. 211. numero 16.

31 In casibus tamen, qui sequuntur, posset Episcopus statuere Canones, & Constitutiones Summorum Pontificum. Primo ex causa vrgenti non cogitata per canonem, si nimirum Superior de facili consili non possit, modo in huiusmodi statuto contra Canones ex vrgenti causa condito ipsa causa exprimat, propter quam conditur statutum, ita Abb. in d. capite fin. numero 10. & ibi Curt. d. sect. numero 12. & 13. Felin. in d. capite, quod super his, numero 4. & in capite 1. numero 49. de constitut. praxis noua Episcop. d. capite 2. numero 7. versiculo primo. Secundo, si aliquid statuatur antequam Canon promulgeretur, tenebit enim suum statutum, licet contrarietur Canon, text. est in capite 1. de constitut. in 6. annotarunt Felin. in d. capite quod super his, numero 7. versicul. fallit quinto, Curte d. section. 3. numero 19. praxis noua Episcop. d. num. 7. versiculo quarto: nam in querendis valet statutum in prauidicium Ecclesiae, quando non odio, sed bono zelo factum est, Conar. in reg. possessor. par. 2. §. 4. numero. 9. versiculo tertio, Mench. vñsseg. capite. 9. Menoch. cons. 350. numero 6. Cald. Pereira de empt. capite. 8. numero 33. & 37. & cons. 48. numero 22. Cened. practicarum questionum lib. 1. questione 35. numero 19. & 20. Verum ab hac resolutione merito discedit Curt. d. sect. 3. numero 14. ex eo, quia huiusmodi statutum generale prauidicans Ecclesijs esset irrationabile, ideoque non valeret, capite 1. cum ibi not. de constitut. in 6. capite. erit autem lex, dist. 4. Non obstat igitur d. capite cum dilectus, quia procedit eo quod patronus id petijt tempore foundationis ab Episcopo, qui potest consentire fauore foundationis, & constructionis nouarum Ecclesiarum, per ea quae resoluunt Reg. bus. in tract. de pacificis possessor. numero 111. Perez l. 1. versic. ex quibus infero, tit. 6. lib. 1. Ordin. pagina 147. Nec etiam obstat illa Doctorum resolutio, quod in querendis valet statutum in prauidicium Ecclesiae, quia procedit in casibus particularibus, in quibus nulla fit prohibitio à iure, & possunt Praelati desistere à tali prauidicio, nos vero loquimur ubi fieret statutum generale pro aliqua Ecclesia, diocesi, vel prouincia, per quod fieret prauidicium irreparabile, & illud quidem in omnibus casibus contingentibus. Quarto, quando Episcopus statueret contra Canones, qui conditi sunt principaliter in fauorem clericorum, & illud statutum à subditis clericis acceptaretur, dummodo principaliter conditi non fuissent in fauorem publicum, vel Ecclesiae, Curte d. section.

3. numero decimo octauo quia fauori suo quilibet potest renuntiare, capite. ad Apostolicam, de regular. l. si quis in conscribendo, C. de pactis, & ius publicum pactis priuatorum tolli, vel mutari non potest, l. ius publicum, ff. de pactis, capite. si diligenti, de foro compet. Quinto, quando statutum Episcopi contra ius esset conforme consuetudini, quae contra ius in illa Ecclesia inducta est, Felin. in d. capite. quod super his, numero decimo in fine, Butr. in dict. cap. cum dilectus, colum. 10. versicul. ex quo inferitur, Curte d. sect. 3. numero vigesimo quarto praxis noua numer. septimo in fine. Sexto, quando Episcopus statueret circa aliquod dubium iuris, qui tunc super hoc dubio eius statutum disponens in alteram partem valeret Phil. Prob. in capite. vnic. numero quadragesimo octauo & seq. de clericis non resident. in 6. Felin. in d. capite quod super his, numero. nono circa fin. Hojed. de incompatib. benefic. par. 1. capite decimo septimo, numero secund. Cur. d. section. tert. numero vigesimo tert. praxis noua Episcop. d. numero septimo. Septimo, quando statutum adderet iuri communi imponendam nouam penam, gloss. in Clement. ne Romani, verbo tolli, de elect. Cur. d. section. numero vigesimo secundo, Duenb. regul. 251. Henric. Bott. par. 3. artic. 1. conclus. 13. quia lex superioris per poenae adiectionem potest iuari ab inferiore, Perez l. 1. titul. 1. libro quinto, Ordin. pagina. 23. Gutier. pract. libro secundo questione prima, numero decimo quarto; Sanchez. de matrimon. libro tertio numero quadragesimo septimo, numero duodecimo. Franc. Molin. de ritu nupt. libro secundo differ. 7. numero sexagesimo tertio. Octauo, quando Episcopus statueret contra Canones in casibus, in quibus de iure potest dispensare Curte d. section. 3. numero vigesimo primo. Qui autem sint casus, in quibus potest Episcopus dispensare contra ius commune adduco ego ipse Alleg. 33.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi successor non tenetur stare locationi praedecessoris, nisi tribus concurrentibus, primo, locatio fuerit facta nomine Ecclesiae, secundo, quod sit facta pro utilitate Ecclesiae, tertio, quod pecunia sit conuersa in utilitatem Ecclesiae.
- 2 Successor in beneficio tenetur stare locationi, quando summus Pontifex concederet licentiam locandi ad tot annos eo adiecto, ut illis durantiis conductor à nemine molestaretur.
- 3 Successor in beneficio tenetur stare locationi pro anno incepto.
- 4 Successor in beneficio tenetur stare colono existente loci consuetudine.
- 5 Praelatus, ubi tenetur stare locationi praedecessoris, potest de nouo exigere à conductore pensionem praedecessori antea solutam.
- 6 Praelatus sciens se repudiaturum praelaturam, non obligat successorem, etiam si faciat locationem nomine Ecclesiae.
- 7 Conductor anticipate pensionem soluens, si à successore pro ea de nouo obligetur, habet recursum contra haeredes locatoris, si soluendo fuerint.
- 8 Successor in beneficio recipiendo pensionem, videtur consentire locationi pro anno, pro quo illum recipit.
- 9 Scholaris si locauerit fructus sui beneficii, ut possit in litterarum studio viuere, vel illic gradum sumere, si im-